



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd inter catholicos non connumeratur, qui is istis temporibus, Pascha,  
Pentecoste, Natali domini non communicauerit. xxiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

die resurrectionis domini, & Pentecostes, & in Natali domini, penitus ab omnibus communicandum est.

*Ut in cœna domini Eucharistiæ perceptio non negligatur. Cap. XX.*

**I**N cœna domini à quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur. Quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis his quibus pro grauib; criminibus inhibitum est, percipiēda sit, ecclesiasticus vsus demonstrat, quum etiam pœnitentes eadem die ad percipiēda corporis & sanguinis dominici sacramenta, reconcilientur.

*De histrionibus & magis, si communionem cum cæteris fidelibus accipere debeant. Cap. XXI.*

**C**yprianus Eucratio confratri salutem. Pro dilectione tua & reuerentia, vt ad consulendum me existimasti frater charissime, quid mihi videatur de histrione; & mago illo, qui apud vos constitutus, adhuc in artis suæ dedecore perseverat, & magister & doctor erudiendorum, imò pœdorum puerorum id quod malè didicit, cæteris quoque insinuat, an tali sacra cõmunionem cum cæteris Christianis debeat dari, aut nobiscum communicare: puto nec maiestati diuinæ, nec Euāgelicæ disciplinæ cõgruere, vt pudor & honor Ecclesie, tã turpi & infami contagione fœdetur.

*Quandiu vnusquisque ante sacram communionem ab vxore se abstinere debeat. Cap. XXII.*

**O**mnis homo ante sacram communionem à propria vxore abstinere debet tres, aut quinq;, aut septē dies.

*Quòd inter catholicos non connumeretur, qui in istis tribus temporibus, Pascha, Pentecoste, Natali domini, non cõmunicat. Cap. XXIII.*

**S**eculares verò, qui in Natali domini, Pascha, & in Pentecoste non communicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur.

*Ut oblatio altaris singulis dominicis diebus fiat.*

*Caput XXIII.*

**D**ecernimus, vt in omnibus dominicis diebus altaris oblatio, ab omnibus viris, vel mulieribus fiat, tam panis, quàm vini, vt per has immolationes à peccatorum suorum fascibus liberentur.